

**COMMUNION Matthew 13: 54, 55**

Unde huic sapiéntia hæc et virtútes?  
 Nonne hic est fabri filius? Nonne  
 mater ejus dicitur María? Allelúja.

**POSTCOMMUNION**

Hæc sancta quæ súmpsimus,  
 Dómine: per intercessiónem beati  
 Joseph, et operatióem nostram  
 cómpleant, et præmia confirmant. Per  
 eúndem Dóminum nostrum Jesum  
 Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit  
 et regnat in unitáte Spíritus Sancti,  
 Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*Commemoration of  
 2<sup>nd</sup> Sunday after Easter*

Præsta nobis, quæsumus,  
 omnípotens Deus, ut vivificatiónis tuæ  
 grátiam consequétes, in tuo semper  
 múnere gloriémur. Per Dóminum  
 nostrum Jesum Christum, Fílium  
 tuum, qui tecum vivit et regnat in  
 unitáte Spíritus Sancti, Deus, per  
 ómnia sæcula sæculórum.

How came this man by this wisdom  
 and miracles? Is not this the  
 carpenter's son? Is not His mother  
 called Mary? Alleluia.

May these holy mysteries which we  
 have received, O Lord, by the  
 intercession of blessed Joseph, supply  
 what is wanting in our works, and  
 assure us of Thy rewards. Through  
 our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who  
 lives and reigns with Thee in the unity  
 of the Holy Spirit, God, forever and  
 ever.

Grant unto us, we beseech Thee,  
 almighty God, that having received the  
 grace of a new life, we may ever glory  
 in Thy gift. Through the same Lord  
 Jesus Christ, Thy Son, Who lives and  
 reigns with Thee in the unity of the  
 Holy Spirit, God, forever and ever.

**MASS PROPER: MAY 1, ST. JOSEPH THE WORKER**

MASS *Sapiéntia réddidit* (white)

**INTROIT Wisdom 10: 17**

Sapiéntia réddidit justis mercédem  
 labórum suórum, et dedúxit illos in via  
 mirábili, et fuit illis in velaménto diéi et  
 in luce stellárum per noctem. Allelúja,  
 allelúja. (Ps. 126: 1) Nisi Dóminus  
 ædificáverit domum, in vanum  
 labórant qui ædificant eam. Glória  
 Patri et Filio et Spirítui Sancto, sicut  
 erat in princípío, et nunc, et semper, et  
 in sæcula sæculórum. Amen.  
 Sapiéntia réddidit justis mercédem  
 labórum suórum, et dedúxit illos in via  
 mirábili, et fuit illis in velaménto diéi et  
 in luce stellárum per noctem. Allelúja,  
 allelúja.

**COLLECT**

Rerum cónditor Deus, qui legem  
 labóris húmáno géneri statuísti:  
 concéde propítius; ut, sancti Joseph  
 exémplo et patrocínio, ópera  
 perficiámus quæ præcipis, et præmia  
 consequámur quæ promíttis. Per  
 Dóminum nostrum Jesum Christum,  
 Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat  
 in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per  
 ómnia sæcula sæculórum.

*Commemoration of  
 2<sup>nd</sup> Sunday after Easter*

Deus, qui in Fílii tui humilitáte  
 jacéntem mundum erexísti: fidélibus  
 tuis perpétuam concéde lætítiam; ut,  
 quos perpétuæ mortis eripuísti  
 cásibus, gáudiis fácias pérfrui  
 sempitérnis. Per eúndem Dóminum  
 nostrum Jesum Christum, Fílium  
 tuum, qui tecum vivit et regnat in  
 unitáte Spíritus Sancti, Deus, per  
 ómnia sæcula sæculórum.

Wisdom rendered to the just the  
 wages of their labors, and conducted  
 them in a wonderful way: and she was  
 to them for a covert by day, and for the  
 light of stars by night. Alleluia, alleluia.  
 (Ps. 126: 1) Unless the Lord build the  
 house, they labor in vain that build it.  
 Glory be to the Father, and to the Son,  
 and to the Holy Spirit, as it was in the  
 beginning, is now, and ever shall be,  
 world without end. Amen. Wisdom  
 rendered to the just the wages of their  
 labors, and conducted them in a  
 wonderful way: and she was to them  
 for a covert by day, and for the light of  
 stars by night. Alleluia, alleluia.

O God, Creator of all things, Who dost  
 impose on man the law of work; grant  
 in Thy goodness that, by the example  
 and patronage of blessed Joseph, we  
 may both accomplish the work Thou  
 dost command and attain the reward  
 Thou hast promised. Through our  
 Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives  
 and reigns with Thee in the unity of  
 the Holy Spirit, God, forever and ever.

O God, Who, by the humility of Thy  
 Son didst lift up a fallen world, grant  
 unending happiness to Thy faithful:  
 that those whom Thou hast snatched  
 from the perils of endless death, Thou  
 mayest cause to rejoice in everlasting  
 joys. Through the same Jesus Christ,  
 Thy Son, our Lord, Who lives and  
 reigns with Thee in the unity of the  
 Holy Spirit, God, forever and ever.

## EPISTLE

### Colossians 3: 14-15, 17, 23-24

Fratres: Caritatem habete, quod est vinculum perfectionis, et pax Christi exsultet in cordibus vestris, in qua et vocati estis in uno corpore, et grati estote. Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi, gratias agentes Deo et Patri per ipsum. Quodcumque facitis, ex animo operamini sicut Domino, et non hominibus, scientes quod a Domino accipietis retributionem hereditatis. Domino Christo servite.

### GREATER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. De quacumque tribulatione clamaverint ad me, exaudiam eos, et ero protector eorum semper. Allelúja. Fac nos innocuam, Joseph, decurrere vitam: sitque tuo semper tuta patrocinio. Allelúja.

### GOSPEL Matthew 13: 54-58

In illo tempore: Veniens Jesus in patriam suam, docebat eos in synagogis eorum, ita ut mirarentur et dicerent: Unde huic sapientia hæc et virtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater ejus dicitur María, et fratres ejus Jacobus et Joseph et Simon et Judas? Et sorores ejus nonne omnes apud nos sunt? Unde ergo huic omnia ista? Et scandalizabantur in eo. Jesus autem dixit eis: Non est propheta sine honore nisi in patria sua et in domo sua. Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum.

### OFFERTORY Psalms 87: 17

Bónitas Domini Dei nostri sit super nos, et opus manuum nostrarum secunda nobis, et opus manuum nostrarum secunda. Allelúja.

Brethren: Have charity, which is the bond of perfection. And let the peace of Christ rejoice in your hearts, wherein also you are called in one body: and be ye thankful. All whatsoever you do in word or in work, do all in the name of the Lord Jesus Christ, giving thanks to God and the Father by Him. Whatsoever you do, do it from the heart, as to the Lord, and not to men: knowing that you shall receive of the Lord the reward of inheritance. Serve ye the Lord Christ.

Alleluia, alleluia. In whatever tribulation they shall cry to me, I will hear them and be their protector always. Alleluia. Make us, Joseph, to lead an innocent life: and may it ever be preserved by thy patronage. Alleluia.

At that time, Jesus coming into His country, He taught them in their synagogues, so that they wondered and said: How came this man by this wisdom and miracles? Is not this the carpenter's son? Is not His mother called Mary, and His brethren James, and Joseph, and Simon, and Jude: and His sisters, are they not all with us? Whence therefore hath He all these things? And they were scandalized in His regard. But Jesus said to them: A prophet is not without honour, save in his own country, and in his own house. And He wrought not many miracles there, because of their unbelief.

Let the brightness of the Lord our God be upon us, and direct Thou the works of our hands over us; yea, the work of our hands do Thou direct. Alleluia.

## SECRET

Quas tibi, Domine, operibus manuum nostrarum offerimus hostias, sancti Joseph interposito suffragio, pignus facias nobis unitatis et pacis. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

### *Commemoration of 2<sup>nd</sup> Sunday after Easter*

Benedictionem nobis, Domine, conferat salutarem sacra semper oblatio: ut, quod agit mysterio, virtute perficiat. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

### PREFACE OF ST. JOSEPH

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: Et te in festivitate beati Joseph debitis magnificare præconiis, benedicere et prædicare. Qui et vir justus, a te Deiparæ Virgini Sponsus est datus: et fidelis servus ac prudens, super Familiam tuam est constitutus: ut Unigenitum tuum, Sancti Spiritus obumbratione conceptum, paterna vice custodiret, Jesum Christum, Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli cælorumque Virtutes, ac beata Séraphim sócia exultatione concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti jubeas, deprecámur, supplici confessione dicentes:

May the works of our hands, that we offer Thee in sacrifice, O Lord, become for us, by the intercession of blessed Joseph, a pledge of unity and peace. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May this holy offering, O Lord, always bring to us Thy healing blessing: that what it represents in a mystery, it may accomplish with power. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and in all places give thanks to Thee, holy Lord, Father almighty, eternal God: and that we should with due praise magnify, bless, and proclaim Thee on the Feast of blessed Joseph; who being a just man, was given by Thee as Spouse to the Virgin Mother of God, and, as a faithful and prudent servant, was set over Thy Family, that with fatherly care he might guard Thine only-begotten Son, conceived by the overshadowing of the Holy Spirit, even Jesus Christ our Lord. Through Whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee, saying: